

dium vitandi peccatum mortale. Appare etiam satis rationabiliter, quod illa praesumptio est fatua, & irrationabilis, quia non nullum noceret etiam graviter infirmo parum aspersi de aqua in capite: & si forte aqua frigida noceret, saltem tepida non noceret, quia parvuli tenerissimi pro remedio balneantur aqua tepida. Sed numquid baptizans cum illa conscientia erronea est irregularis, si post mors sequatur? Respondo: non est irregularis, quia nulla lex Ecclesiastica, quantum ad illud, reddit irregularis, nisi vere homicidam: iste autem secundum veritatem non est homicida; tamen post mortem illius baptizati, sicut illa conscientia, tenetur se habere tanquam irregularem, quia se habet tanquam homicidam, sed cessante, vel amota illa conscientia, non oportet dispensationem querere, quia sanquam fuit vere irregularis.

Et si quaeras, cui magis sit cavendum, clerico, vel laico baptizare infirmum constitutum in articulo mortis? Dico quod neutri est cavendum, quia neuter transgreditur preceptum divinum de non occidendo, nec clericus panam aliquam repellentem ipsum a clericatu incurrit; si tamen uterque poneretur aequaliter habere conscientiam erroneam simpliciter, neuter possit baptizare, quia preceptum divinum utrumque aequè ligat, & contra illud uterque secundum suam conscientiam facit; clericus tamen secundum opinionem suam iustam crederet se incurtere aliam panam ultra peccatum mortale, & ideo ipse habet plura retractiva in casu illo, quam laicus.

DISTINCTIO VII.

Postquam Magister determinavit distinctam, & de potestate ministri: hic determinat de eius statu, & gradu. De gradu in primo capitulo. De statu in sequenti capitulo. De illis vero qui ab haereticis. (*Hoc etiam sciendum est.*) Haec est tertia pars istius 6. distinctae, quae simpliciter (a) potest continuari dupliciter cum praecedentibus sicut pars principalis contra incidentalem, & potest dividi uno modo, ut dividatur contra totum praecedens de Baptismo a principio distinctae, tertiae, sicut pars principalis contra incidentalem, & sic divisa est distinctae. 3. Alio modo ut distinguatur contra ea quae praecedunt distinctae, 5. & 6. ut dicitur prius fuisse determinata de ordine ministrum. Secundo de conditione ministrandi, sive sic, sive sic, eadem est sententia. Ista pars dividitur in duas partes. Primo namque determinat de quibusdam concurrentibus in Baptismo: secundum de quibusdam praesentibus ad administrationem Baptismi fidelis catechizandi, (*Perro cuncti.*) Tertia pars habet 6. In prima namque tractat ipse de unitate Baptismi. Secundo de suscipiente ibi, (*Illud etiam ignorandum.*) Tertio de forma, ibi. (*Quasi etiam solet.*) Quarto de certitudine habenda circa suscipientem, ibi (*Præterea.*) Quinto de intentione ministrum, ibi. (*Solet etiam quaeri.*) Sexto de tempore baptizandi, ibi, (*Cognoscendum etiam.*)

Cir-

a a. l. simpliciter.

Circa istam distinctam querendum est de quatuor. Primo, de gradu ministrum. Secundo, de unitate baptismi. Tertio, de intentione ministrum. Quarto, de iterabilitate baptismi.

QUESTIO I.

Utrum solus Sacerdos possit baptizare.

ET arguitur quod sic. Idorus de officio, lib. 2. c. 25. *Constat Baptismum quod sic Sacerdotibus tradidit. Præterea, soli Sacerdoti concessum est dimittere peccata Joan. 20. & Matth. 18.* In Baptismo autem peccata dimittuntur; ergo, &c. Oppositum autem *distinctione 4. Romanus*, ubi dicitur, quod *Romanus Pontifex hominem non iudicat, qui baptizat, sed Spiritus sanctus subministrat gratiam Baptismi, licet Paganus si qui baptizat, multo magis, vel aqua quilibet Christianus.*

Respondeo, cum oportet baptizantem ablucere baptizatum, quod est active facere corpus ejus contingit ab aqua, & hoc vel per motionem corporis ad aquam, ut pote immergendo, vel per motionem aquae ad corpus ejus, puta perluendo, vel aspergendo: necessario requiritur in baptizante virtus motiva, quae possit aliquo illorum modorum active ablucere alium.

Cum etiam oporteat ministrum proferre verba, in quibus est forma, necesse est ipsum posse loqui. Cum etiam requiratur intentio in ministro, (ut dicitur in tertio articulo) necesse est ipsum habere usum rationis.

Simpliciter ergo nullam suppositam naturam intellectuales excludit a posse baptizare, nisi prope aliquem illorum trium defectuum, vel propter plures, vel omnino simul. Cum ergo non Sacerdotes possint possint habere, & habeant haec tria, sequitur, quod simpliciter possint baptizare. Dixi autem generaliter *suppositam naturam intellectuales*, quia si bonus Angelus baptizaret in corpore assumpto cum omnibus praedictis conditionibus, tunc supponendum esset, verum esse ejus Baptismum, quia non ferret, nisi de precepto Dei, nec esset ille baptizatus ab Angelo iterum rebaptizandus, sicut Michael prohibuit Episcopo dedicare Ecclesiam suam in monte Gargano, asserens eam a se dedicatam fuisse. Si etiam malus Angelus in corpore assumpto baptizet, & constat quod esset de precepto Dei talis habendus esset pro baptizato, quia oportet malum Angelum, etiam invitum obedire Deo. Sed non esset sine certa revelatione super hoc habita credendum, quod malus Angelus vere baptizaret. Tum, quia Deus non ministrat Sacramenta per exclusivam finaliter a salute. Tum, quia si non esset actus de precepto divino ad oppositum, supponendum esset semper ipsum fraudulentem agere, nec complere facere ea, quae essent necessaria ad salutem baptizati propter inimicitiam quam habet ad gloriam hominum ex invidia procedentem. Generaliter etiam congruum est ab homine viatore conferri Baptismum, & non ab Angelo aliquo. Tum, quia Christus qui instituit, homo fuit. Tum, quia in Sacramento est aliquid

aliquid sensibile, & aliquid spirituale, & per consequens magis congruit ministro, & utenti sensu, & intellectu, quam parte intellectuali. Et tertio, quia per susceptionem Baptismi adscribitur aliquis, ut sit membrum Ecclesie militantis; ergo congruum est hoc fieri per aliquem in illa Ecclesia. Tandem dico, quod licet secundum prædicta quodlibet suppositum habens tres prædictas condiciones possit baptizare, etiam cum hoc congruit solum hominem viatorem baptizare; congruum tamen est licet viatores solum Sacerdotem baptizare, & soli Sacerdoti congruit ex officio: cuius est ratio, quia per Baptismum recipitur baptizatus, in collegium Ecclesie militantis, receptio autem aliquis in collegium pertinet ad præsentem, & habentem auctoritatem in collegio. Et ideo quanto aliquis habet maiorem auctoritatem in Ecclesia, tanto magis pertinet ad eum recipere, & introducere in Ecclesiam, & per consequens baptizare. Unde magis competere Episcopo, quam simpliciter sacerdoti, si sufficere possent Episcopi, sed propter paucitatem Episcoporum, & pluralitatem baptizandorum regulariter conceditur omnibus Sacerdotibus. Per hoc apparet ad auctoritatem Indori. Loquitur enim de officio baptizandi, quia illud est commissum Sacerdoti. Ad rationem dico, quod solus Sacerdos potest dimittere peccata per modum iudicis vel arbitri, quemodo remittuntur in Pœnitentia, sed in Baptismo virtute Sacramenti absque arbitrio, vel iudicio remittuntur.

Circa secundum principale quaero tria. Primo, an unitas Baptismi necessario requirit, quod ab uno ministro conferatur. Secundo, an requirit simul esse ablationem, & prolotionem verborum. Tertio, quia unum est in se indivisum, & ab alio divisum; an requirit baptizantem esse discretum personaliter a baptizato.

QUÆSTIO II.

*Utrum unitas Baptismi necessario requiratur,
quod ab unico ministro conferatur.*

AD primum arguitur quod non, quia idem potest simul plures baptizare; ergo plures eundem. Consequentia patet a simili, antecedens probatur. Tum, quia simul potest perirendus duo dicendo: *Ego baptizo vos* &c. nec videtur ibi aliquid dælle, cum uterque sit baptizatus. Tum, quia si esset monstrum habens duo capita, posset simul baptizare, & tamen probabile est ibi esse duas personas, quia duas habet partes principales. Tum tertio per simile, quia idem Sacerdos potest simul plures hostias consecrare. Item quando ad aliquem effectum concurrunt plura, & æque possunt illa fieri a pluribus, sicut ab uno: apparet de domo, quia æque potest unum lapis apponi ab uno, & alius ab alio, & tandem complebitur domus; sicut si omnes lapides usque ad inductionem forme apponerentur ab eodem. Apparet etiam in alio exemplo, ubi est major unitas effectus; æque enim potest navis trahi uno tractu a pluribus, sicut ab uno habente æqualem virtutem illis; sed

in

in Baptismo concurrunt plura, ut ablutio, & prolatio verborum: ergo æque potest conteri a duobus, quorum alter abluit, & alter dicat verba, sicut ab eodem abluente, & loquente. Oppositum, Minister ibi repræsentat Christum, qui est mediator Dei & hominum.

Respondeo; Plures baptizare, potest intelligi, vel eundem suscipientem, vel plures suscipientes, & utrumque adhuc subsistingitur. Quia si eundem, vel uterque totum iacit, vel unus abluit, & verba alius profert, puta unus mutus est, & tantum abluit, alter mancus est, & verba profert.

Secundum etiam membrum subsistingitur quia si baptizatur plures vel manuelle distans, vel immanifeste, ut in monstris, de quo dubitatur si est una persona, vel due. De his quaeritur membris dicendum est per ordinem.

De primo dico, quod ille est baptizatus, qui non est verisimile quod unus faciens annulet factum alterius; sed si tantum unus eorum faceret, quos iacit, factum esset: ergo nihil minus quod iacit, factum est, alio finit inter faciente. Circa hoc duo sunt dubia. Primum, quia non potest idem esse a duobus causis totalibus, unus autem abluens, & proferens verba est causæ totalis in baptizando, & hoc illa causalitate, quæ competit ministro; ergo non potest idem baptizatus esse ab alio, qui sit idem causator in eodem ordine. Major probata est alias per hanc propositionem: quia nihil causat, quo non existente, nihil minus est effectus.

Præterea, (a) si agens & forma quæ agit, sunt aliud & aliud, & forma inducta erit alia. Hoc accipitur a Commentatore 5, *Phy.* 2. *comment.* Sed hic est aliud, & aliud agens, sicut ministro competit agere, & alia, & alia forma quæ agit; quia alia & alia intentio in isto & in illo: ergo simpliciter alia baptizandi actio: sed cuiuslibet actioni correspondet sua passio: ergo sunt ibi plures baptizationses passivæ, & per consequens plures baptismi.

Ad primum, concedo illam maiorem de causa inducente formam effectivæ; hic autem inducit formam Deum, non minister. Et si obijcias, saltem formam baptismi, ut est Sacramentum inducit minister, & sic sunt due causæ, & utraque totalis.

Respondeo, si uterque abluit, neuter in abluendo est causa totalis, & hoc sine ablutio fiat immergendo (tunc enim ambo movent corpus immergi uno motu causato a virtute motiva amborum: & licet alter possit illam motum causare, tamen quando simul movent, neuter utitur tota sui virtute motiva, quia possit ea uti: sicut apparet quando duo portant unum pondus, quod alter solus possit portare) sive fiat periungendo, vel aspergendo, licet uterque madeiciat aqua a se peritua, vel asperfa neuter tamen madeicit tota illa madeificatione, quæ est per asperionem amborum.

Sed adhuc videtur stare difficultas, quia uterque est causa totalis respectu prolotionis verborum, & sic quantum ad unam partem esse

est

us exterioris, qui est Sacramentum, erunt duæ causæ totales, & hoc est impossibile, ita de parte effectus, sicut de toto.

Respondeo, difficile est, quin alteras verba superfluant, ita quod non sint per se pars unius Sacramenti, quia ponere duo ejusdem rationis esse partes unius, quod simpliciter esset periectum, habendo alterum eorum pro parte, videtur superfluum: quæ autem superflua: & cuius profertus difficile est assignare: quia quæ ratione illa & ista, & ita utraq; vel neutra, quia utraq; quæ complete, & consimilitudine proter. Responsionem quaere.

Diç potest (a) quod baptizatio hujus, vel illius valet scilicet cuius baptizatiõnem Deus accepit. Cuius vero determinate nobis penitus incertum est, solus novit Deus & cui voluerit revelare.

Ad secundum argumentum de actione si ponatur in passivo, vel in agente dubium est. Si in passivo non est plures realiter, nisi passiones sint plures; nec passiones sunt plures, quando forma recepta in passivo una est. Et hoc tenendo, neganda esset illa propositio major, quæ accipitur a Commentatore, Si autem actio ponatur in agente, sive absolutum, sive respectu ad passivum, tunc potest concedi major: sed tunc illa est falsa, diversis actionibus correspondent diversæ passiones. Quocumque ergo modo dicatur de actione non ponitur plures esse passivas baptizaciones, sed unicam. Et ex illo videtur sequi eocollatum, quod Sacramentum Baptismi magis est baptizatio passiva, quam activa, quia pluralitas baptizatiõnis activa, non pluralitatem passivæ, nec Baptismus, quia passiva est una. Illud autem illatum videtur probabile, quia baptizatur proprie suscipit Sacramentum, suscipit autem proprie ablutionem passivam: & non activam, nisi dicatur idem realiter.

De secundo membro distinctionis, dico quod utroque seorsum aliquid faciente, & neutro totum simul sic ablunde, & profertente verba nihil fit. Nec est alia ratio, nisi instructio Dei, qui sicut voluit esse unum principale agens, ita voluit habere unum ministrum in collatione integra Sacramenti. Hoc etiam apparet accipiendo istam formam, qua nos utimur: nam per verba illa, profertens ea, significat se ablunde, non autem debet oratio esse falsa, quæ est ista Sacramentorum verorum. Consimilitudine etiam debet intelligi verbum Græcorum dicentium *baptizetur* &c. quia non est tantum deprecatio, sed etiam quedam ethica operatio, ut sit sensus, per istum actum meum crebro istum, baptizetur ille.

De tertio membro divisionis conceditur, quod iste plures simul aspergens, vel fundens, & simul profertens formam in plurali dicendo: *Ego baptizo vos* baptizat simul omnes, tamen peccat mortaliter, quia non servat formam impositam sibi ab Ecclesia, nisi forte esset tanta necessitas, quod immineret mors omnium: & si quando singulariter baptizaret sigillatim, aliquis eorum foret mortuus antequam alios baptizasset. Sed

a Additio.

Sed hic est dubium, utrum tunc licet unus baptizans? Videtur quod non, quia plures sunt baptizati, & per consequens plures baptizaciones passivæ, & ita plures actiones, & plures baptismi.

Sed oppositum videtur, quia non est nisi unica forma, nam verba tantum sunt semel prolata.

Potest tamen magis concedi quod sunt plures baptismi, tenendo illud quod dictum est quod Sacramentum baptismi est baptizatio passiva. Et tunc ad argumentum dicendum, quod non oportet ad pluralitatem actionum, omnia quæ sunt in illo pluralitati, sed fuisse aliquod eorum pluralitatem, ad hoc quod totum pluralitatem, & illa etiam forma non est simpliciter una, quia ly *vos* includit in se singulare pluris geminatum. Autem casus necessitatis qui positus est de pluribus statim mortuus excusaret ministrum utentem illa forma, *Baptizo vos*, a peccato mortali, dabitur est: videtur tamen hoc rationale, quia ex quo in potestate Ecclesie fuit determinare istam formam ad illa verba, *Baptizate* (sicut dictum est supra *dist. 3. q. 2.*) non videtur quod ipsa voluerit aliquem ita præcisè ad istam formam arctare, ut per hoc alicui præcluderetur via salutis. Nunc autem in casu prædicto alicui illorum præcluditur salus, si non potest aliquis sine peccato mortali uti ista forma, *Baptizo vos*. Nam si in quo conque casu esset peccatum mortale nullus deberet eos sic baptizare, nullus enim debet salutem alterius procurare, peccando in se mortaliter.

De quarto membro distinctionis dico, quod si tenens haberi potest ad discernendum, an monstrum sit simpliciter una persona, vel duæ: de hoc debet haberi diligens inquisitio, antequam baptizetur; potest autem in inquisito haberi vel ex partibus corporis, puta si sint duo capita, vel duo spinae dorsu, vel principale indicium de cordibus, sed illud non potest esse facilliter evidens, dum vivit: sed nec signum de duobus capitibus esset omnino certum, quia possibile esset aliquam cellulam in matrice esse perforatam per totum præter quam in parte superiori, & tunc concurrerent partes feminis cadentes in diversis in-castraturis matris, pro tota parte inferiori, & tunc diluigi. renur in parte suprema, & ibi formarentur duo capita, cum tamen reliqua materia non fuisset, nisi pro formatione unius personæ. Breviter evidentiſſimum signum distinguendi est per actum intellectuus, & voluntatis: si enim sint duæ anime non est necessarium una scire quid. quid scit alia, & velle quidquid vult alia: tamen raro, vel nunquam accidit quod sint duæ anime, quin sint duo capita, vel duæ partes principales capitibus licet non e converso. Et si quo modo possit deprehendi diversitas intellectuus in intelligendo pura quod per aliquod signum deprehenderetur idem fieri & neciri: vel possit deprehendi diversitas voluntatum, puta quod esset ibi velle, & nolle de eodem, absque dubitatione tenendum esset, quod essent ibi duæ anime. Sed istud non potest iudicari, nisi de monito adulto quæ ponitur fuisse in Francia, habens duo capita, quorum unum expresse nolle de eo, de quo aliud expresse velle. Unum enim voluit continere & sobrie vivere, & aliud lascivire & epulati, & cum unum per os suum excederet

debet, reliquum clamabat se gravari. De tali monstro dico, quod si certitudo potest haberi, & sint partes de quibus patet, quod pertinent ad distinctas personas, separari per se debent ista pars, & illa cum iteratione formae in singulari super utramque. Si autem certitudo haberi non possit, baptizandus est saltem in illis partibus, quae principaliter pertinent ad unum eum in forma in singulari, & secundo abluenda sunt illae partes, quae non videntur principaliter pertinere ad illam primam, & hoc eum in forma quae servanda in illis, de quibus est dubium, quae ponitur *extra de sep. 5. ejus effect. c. de quibus.*

Ad primum argumentum, antecedens non est verum, loquendo de uno Baptizato. Nam si idem baptizatur plures, hoc est pluribus baptismationibus passivus, & ita sunt plures baptismationes. Et si intendat probare majorem, loquendo de unico Baptizato. Respondeo, quod hoc non probat prima probatio de muleis simul asperis, ut patet in tertio membro distinctionis. Neque secunda probatio de montis; quia si essent duae personae in monstro, essent sigillatim baptizanda: vel si simul baptizarentur sub hac forma, *ego baptizo vos*, quamvis manifeste peccaret sine necessitate, quae non possit de istelli inventi, talis scilicet, quod non possit expectari sigillatim baptizatio eorum, essent tamen duo Baptizati sicut dictum est in tertio membro distinctionis. Ad tertiam probationem de Eucharistia, quamvis Sacerdos proterendofemel verba plures hostias consecrat simul, tamen sunt ibi plures consecrationes passivae, & etiam potest concedi quod essent plures Eucharistiae, sicut plures hostiae; similiter plura vina consecrata, sicut plura vina. Ad secundum dico quod in aliquo concurrunt plura, quorum quodlibet sine alio est aliquid in se, & sicut est aliquid in se, ita potest permanere ut sit aliquid totius, sicut est in illo exemplo de partibus domus. Hoc modo non est in proposito; quia nec verba sine ablutione sunt aliquid Baptismi, nec ablutio sine verbis. Et si dicatur saltem illa, ut simul existantia, sunt ad Baptizandum, & sic possunt adhuc esse a diversis: hoc verum est si non esset unitas essentialis requirita, in quantum illa constituunt unum signum; est autem requirita propter ordinationem principalis agentis & instantis; & si tunc non esset signum efficax, nisi totaliter ministraretur ab eodem.

QUAESTIO III.

Utrum requiratur simul esse ablutionem, & prolationem verborum.

AD secundum sic proceditur & arguitur, quod non oporteat simul esse ablutionem & prolationem verborum, quia Eucharistia est unum Sacramentum, & tamen inter verba consecrationis super panem, & verba consecrationis super vinum, est magna interpositio; quia ab illo loco, *Simili modo utique, Hic est calix.* Oppositum Aug. super Joan. hom. 80 & 1. quae. 1. *Detrahe, accedis verbum ad elementum, & fit Sacramentum.*

Ad istam questionem patet, quod requiratur simulitas, Et principaliter ratio

ratio est instantio Christi instantis haec duo, tanquam unum signum completum ad signandum effectum, ita quod neutrum esset signum sine alio. Sed qualis simulitas? Una opinio sapit illud c. *Detrahe*, dicit, quod aqua per se non est Sacramentum, sed quod conjuncta est cum verbo, sic licet in ultima prolatione ipsius formae, & hoc verum est, dicit glossator secundum eos, intantum, quod si in illo instanti in quo forma terminatur, & aqua, sic Sacramentum, puer non esset in aqua, (si non esset baptizatus: non tamen sequitur quod a minus possit contrahi Sacramentum, quod argumentum tangit ibi contra Gaudilium bibere Sacramentum, quod arguitur esse Sacramentum, sed idem sequitur dicentem, quod aqua est Sacramentum tantum in illo ultimo instanti, quia dicitur aquam esse Sacramentum tantum in illo ultimo instanti. Nec mirum est secundum illam hic incipiat, & desinat esse in eodem instanti, cum hoc fit repetere in aliis casibus secundum legem, & ponit unum casum. *ff. de a. septimas. l. ante pen.* & reprehendit illud exemplum. Sed ponit aliud de seruo dato uxori a viro, ut eum manumittat. Nam in eodem instanti incipit, & desinat habere dominium, *ff. de donat. inter virum & uxorem.* Quod autem. *ff. uti. Aliud exemplum potest poni, ubi quis similiter incipit, & desinat id. debitor, ut ff. ad Vellejan. l. debitorix.* Ille bene potest esse objectiones & insolubilitates Bernardice, & quidem satis animae, timendo non minus blasphematum, quia aqua neque ante prolationem verborum, nec in prolatione, nec in ultimo instanti, neque breviter unquam, neque sine verbis, vel cum verbis est Sacramentum; sed ipsa ablutio in aqua; & ad bibendum illam non potest venire aliquis animus. Nec illa simulitas ultimi instantis prolationis verborum & ablutionis est necessaria: nam Apostoli Baptizantes tria milia uno die, *Actuum. 4.* non semper cum ultima syllaba formae asperferunt, ita quod tunc aqua tetigerit baptizatum. Quod etiam ipse adducit, virtutem aliquam esse in aqua in ultimo instanti, & statim desinere, nihil est proprie intelligendum verba: quia permanens quando desinit esse non est; quando incipit esse, est: habet enim primum sui esse, & non ultimum: ergo si simul incipiat & desinat, simul est, & non est. Nec illud oportet propter hoc ut non remaneat virtus in aqua post actum baptizandi, quia nec aliqua virtus est in aqua, quando actu baptizans utitur ea, sicut tactum est *dist. 1.* nec illa concordantiae legis, probant enim incipere simul, & desinere. Sed habent suum intellectum, quomodo dominus alio modo incipit habere dominium servi dati uxori, quam prius habuit, & desinit habere eo modo, quo prius habuit. Habuit enim prius immediate, & nunc habet mediate, quia nunc est servus uxoris. Dico ergo, quod talis simulitas requiritur qualis requiritur in actibus humanis. Noluit enim Christus nos obligare ad tam subtilem simulatorem, quam vix possit homo percipere, vel servare. Iudicatur enim simulitas inter tactum hominis & verbum, quando incipit unum antequam totaliter finiat aliud; & hoc interdifferenter, sive istud prius finiet, quam aliud, vel e converso. ver.

gr. si quis dicat illam orationem, *facias hoc*, & fricat barbam, sive incipiat actum suum ante prolationem, sive, & converso: dum tamen unum non fiat ut complete ante inceptionem alterius, dicitur, Ille simul dixit hoc, & fecit hoc. Ita dico, quod sive Sacerdos prius immergat una immersione, ubi moris tertia est ter immergere; & postea incipiat verba cum secunda immersione: sive prius incipiat verba dicere, & dicto, *Ego te baptizo*, immergat cum illis verbis sequentibus, & sufficiens simulat, dum tamen prolatio non fiat ante inceptionem ablutiois, nec ablutio fiat ante inceptionem prolationis, talis simulat est sufficiens ad Baptisum. Ad argumentum de Eucharistia dicendum est, quod non est talis unitas inter species panis & vini qualis est in Sacramento Baptismi illa enim non sunt partes tates quarum neutra significat sine altera, Vete enim species panis continet corpus Christi etiam sine consecratione sanguinis; sed hæc verba nihil sunt Baptismi, sine ablutioe, nec e converso.

Q U Æ S T I O I V.

Utrum oportet baptizantem esse personaliter distinctum a baptizato?

Ad tertium arguitur, quod non oportet baptizantem personaliter distingui a pabrizato, quia Sacerdos potest tibi ipsi dare Eucharistiam, ut patet in Missa: ergo sicut potest recipere Sacramentum illud a seipso, ita & illud, Courtes, *Extra de Baptismo & eius effect. cap. Devotum.*

Ista Questio solvitur expresse in illo. c. *Debitum*, pro parte a affirmativa, ad quod adducitur figura, auctoritas, & ratio congrua. Figura est, quia Christus ad hoc signandum, non a se, sed a Joanne baptizari voluit. (a) Auctoritas colligitur ex verbis Domini, dicitur Apostolus: *Ite, baptizate omnes gentes in nomine Patris &c.* ubi discipulis exprimit in secunda persona, & baptizatos in tertia. Ratio quo innuitur tibi est, quia in Baptismo celebratur illa spiritualis generatio (b) de qua Veritas ait: *oportet vos nasci denovo.* Sicut ergo in eternali generatione alius est qui gignit, & alius qui gignitur, ita & in sacramentali generatione alius debet esse qui spiritualiter generat, & alius qui spiritualiter generatur. Ad argumentum dico quod susceptio Eucharistia non est Sacramentum, sicut tangetur in materia de Eucharistia, sed est commensio, seu perceptio sacramentalis. Baptismus autem est Sacramentum. Et si arguas, Sacerdos saltem ministrat tibi Sacramentum Eucharistia, ergo pari ratione potest illud. Respondetur, ministrare illud Sacramentum non est Sacramentum, quia Sacramentum illud non consistit in usu; sed ministrare Sacramentum Baptismi est ipsum Sacramentum. Et ratio diversitatis est, quia Sacramentum Baptismi consistit in usu essentialiter, & non in aqua, ut dictum est in questione præcedenti. Eucharistia autem est quoddam permanens

a *Matth. ubi* b *Joan. 3;*

manens distinctum ab usu Sacramenti; quamvis ergo aliquis possit esse in usu Sacramenti permanentis, ministrat & suscipiens illum usum: non tamen potest hoc in Sacramentum, quod essentialiter consistit in usu.

Q U Æ S T I O V.

Utrum in baptizante requiratur intentio baptizandi?

Ita tertium principale, quæro duo. Primo, utrum in baptizante requiratur intentio baptizandi? Secundo, an requiratur in eo actualis intentio baptizandi? Ad primum arguitur quod non, quia non habens fidem potest baptizare, patet hoc de Pagano, de consec. distincti. 4. *Romanus*: Sed non habens fidem non habet intentionem, quia nullus vult fieri, quod non credit possit fieri. Præterea, Aug. super Joan. homil. 7. *Non timeo ebriosum in actu baptizandi.* Sed peccate ebriosus non potest habere usum rationis: ergo nec intentionem. Contra, Magister in littera. c. 1. *Solus etiam queri in hoc inquit sicut in aliis Sacramentis, sicut forma est servanda, ita intentio celebrandi est habenda.*

Ad istam (a) questionem communiter conceditur, quod sic, ad quod ponitur talis congruitas: quando ex aliquibus duobus sit unum, oportet quod hoc fiat per aliquod conjugens illa: verbum & elementum concurrunt ad unum Baptisum: ergo requiritur aliquod conjugens illa: hoc autem conjugens non potest esse suscipiens, quia habet rationem maritæ & susceptivi; ergo oportet quod sit in ministro sed tale nihil videtur, nisi intentio; quia ipse ministrans per potentiam exteriores, pura motiva, quia abluat, & expressivam, quia profert verba, causat illa, ut distincta. Hæc ratio non videtur nullum efficax, quia in signo instituto ad placentum possunt multa concurrere ad rationem unius signi propter actionem institutis, licet nihil aliud sit a quo habeat unitatem. Patet de ciculis orationis totius viridibus, & aliis multis ad signandum mustum: Dico ergo distinguendo de intentione quantum ad objectum, (b) respectu cuius dicitur intentio: quod ministrat potest dici intendere, vel actum illum quem exercet: vel finem propter quem talis actus est exercendus. Secundo modo magis proprie accipitur intentio, quia magis respicit finem, propter quem intenditur, ut patet *lib. 1.* tamen primo modo aliter accipitur ut patet per Aug. 9. de *Trinit.* & alibi frequenter, (c) ubi vult quod intentio copulat intelligentiam cum parente: hoc etiam modo accipitur intentio. 2. *Phys.* ubi agens ex intentione, (d) quod dicitur agens a proposito, distinguitur contra agens naturale. Dico ergo, quod oportet ministrum habere intentionem primo modo, scilicet respectu actus quem exercet. Cujus ratio est, quia intentio requiritur in quocumque homine agente aliquid non fortuito, vel exercente aliquid actum

a *Ri. presenti disp. ar. 1. q. 2.* b *An. 1. Intersecantibus sc.*
c *Casp. ultim.* d *T. c. 9. & inde.*

humanum, proprie loquendo de actibus humanis, qui scilicet causantur per intellectum & voluntatem ab homine. Ille autem actus, quem minister debet exercere: debet esse humanus in eo, & non casualis vel fortuitus: est enim actus ad quem Deus obligavit ministrum ex parte sui, & subiectam ex parte sua. Actus autem ad quem homo obligatur debet esse humanus, non casualis, vel fortuitus, quia super fortuita non cadit obligatio. Ipsa etiam obligatio est ut homo intendat illud ad quod obligatur. Si autem loquamur de intentione quod modo scilicet respectu finis, propter quem talis actus est exercendus. Dicendum, quod talis finis est duplex scilicet principalis & remotus, utpote, quod baptizatus fiat filius regni, qualis fieri non potest, si non habeat gratiam per quam est dignus regi. Alius est proximus & minus principalis, ut scilicet baptizatus fiat Christianus sive membrum Ecclesie militantis, & utrumque finem potest aliquis intendere in universali vel in particulari. Dico ergo quod intentio finis ultimi nullo modo requiritur in baptizante: quia paganus nullo modo intendit ordinare illum quem baptizat ad vitam eternam requiritur tamen intentio respectu finis proximi, & hoc vel in particulari, vel in generali. In particulari ut si intendat illum intrare legem Christianorum servandam. In generali si intendat facere circa istum, quod Christiani solent facere circa suos. Ratio autem quare requiritur ista intentio respectu finis proximi, & non respectu finis ultimi, est congrua, quia scilicet Deus voluit istum actum exercitum a ministro esse humanum in eo, & non tantum ut est talis actus in natura, (quia in hoc non distingueretur a quacunque alia balneatione cum illis verbis) sed inquantum est actus aliquis, ut minister exercens signum Dei: habens autem aliquem actum humanum intendit finem istius actus, ut est sibi actus humanus: ergo minister intendit finem proximum istius actus, ut est sibi impositus, sed finis ille ultimus, scilicet ordinare istum ad vitam eternam, non est finis huius, ut est actus humanus, ad quem finem oportet actum istum ordinare ut fit sibi humanus. Hoc autem rationale est universaliter in usu signi practici. Si quis enim legislator institueret in sua pollicia tactum manus esse signum practicum amicitie, non intendere quod utentes illo signo precise haberent actum humanum circa istud, inquantum est tale quid materialiter, sed inquantum est tale signum institutum. Et si disposuisset omne tale signum facere servati, non faceret hoc servati, nisi homo exerceret actum istum, ubi est institutus ad talem finem. Sed contra istam obijciunt sic: Instrumentum non oportet quod habeat actionem propriam, quia in actione propria non esset instrumentum, sed principale, agens, nec multo magis oportet quod instrumentum habeat intentionem respectu finis, sed sufficit, quod dirigatur a principali agente, intendente finem: minister est instrumentum Dei: ergo &c. Præterea, ad Sacramentum nihil per se requiritur, nisi vel pars, vel res Sacramenti: sed intentio non est pars, nec aliquid Sacramenti, quia non est aliquid sensibile, nec est res Sacramenti quia res Sacramenti est in subsistente Sacramento. Ad primum dico quod aliud est loqui de causa

sa secunda, & aliud de instrumento proprio dicto, de quo tractatum est supra *dist. 1.* Causa enim secunda habet formam propriam in esse quæro, quæ est sibi ratio agendi in ordine suo, & hoc respectu ejusdem effectus, respectu cuius agit causa principalis in suo ordine, ita quod universaliter secunda causa proprie accepta effectum principalis causat per formam suam propriam attingit, ut virtute tamen causat principalis agens, quia subordinatur illi.

Sed instrumentum proprie, fit ponitur activum, vel non attingit effectum principalis agens, sed tantum aliquam dispositionem præviam; quomodo qualitas alterans dicitur instrumentum substantiæ ad generandum substantiam: hoc tamen non est quod fit instrumentum in actione alterandi immo respectu alterationis & est pericium principium in tantum quod si per se esset, per se posset alterare; sed solum propter hoc dicitur instrumentum respectu substantiæ, quia agit ad aliquam formam quæ est dispositio ad substantiam, unde ad substantiam diceretur magis agens disponens; ut dividitur contra perfectiōnem, quam agens instrumentale dividit contra principale. Vel si ponatur instrumentum activum, & tamen attingens terminum principalis agentis, in hoc distinguitur a causa secunda, quia non habet in esse quietem formam, quæ fit principium agendi in suo ordine, sed tantum in actu in motione, & recipit eam dum actualiter movetur. Et de quocunque illorum tamen scilicet causa secunda proprie dicta, & causa instrumentali dispositiva, & instrumentali activa per formam receptam in actuali motione, falsum est, quod non habeat intentionem propriam, eo modo quo agens naturale habet intentionem naturalem, quia quodlibet illorum tamen habet formam propriam, quæ est sibi propria principium agendi in ordine suo, & per consequens propriam intentionem, quia formam activam naturalem consequitur intentio isto modo. Quarto modo posset ponitur instrumentum, (a) & proprie activum respectu totius aliqua pars, cui scilicet primo convenit esse principium operationis & toti non nisi per partem. Et hoc modo Philosophus vocat organa partes illas; secundum quas convenit toti operationi. Et istud quodam modo habet intentionem propriam, & quodammodo non. Nam forma ejus activa, & est ejus, & est totus; sed ejus est primo: intentionem autem est per se, sed non primo. Et eodem modo de intentione, non enim est hic ordo virtutis ad virtutem in esse quietis, sicut in primo membro: nec ordo effectus ad effectum sicut in secundo; nec virtus in fieri ad virtutem in esse quietis, sicut in tertio: sed est eadem virtus, diversimode tamen participata; in toto, & in parte: & de isto membro posset concedi, quod tale instrumentum non habet aliam intentionem a principali agente, sicut nec aliam actionem proprie habet pars quam totum agens per partem, sed alio modo habet eandem. Exemplum primum, Sol & pater respectu generationis filii. Exemplum secundum, ignis & calor qui est disponens ad generationem alterius ignis. Exemplum tertium, color illuminatus

Et species coloris in aere respectu mutationis oculi ad speciem vel visionem coloris. Exemplum quarti, organum potentie nutritivæ & totum animal respectu nutritionis. Præter hæc quatuor communis dici consuevit nomen instrumenti de quibusdam aliis idest de instrumentis artificialibus, a quibus primo tractatum est nomen instrumenti, ut de securi & ferræ, & huiusmodi, de quibus frequenter ponuntur exempla ista, quæ ut diximus est supra, non sunt proprie activa, neque respectu principalis effectus, (a) si agens per talia attingit effectum principalem, sicut monetarius per aliquod instrumentum attingit figuram imprimendam monetæ, quæ est terminus ejus principalis: neque forma dispositio, si agens per talia agit ad dispositionem præviam, sicut per securum agit ad divisionem ligni, quæ est prævia totius arboris. Sed tamen instrumentum istis modo dictum, aliud a quatuor modis prædictis, est motum successivam effectus prioris ordinati ad effectum posteriorem, ita quod receptum in eo, habet ordinem ad terminum principalem, sicut effectus propinquior causa ad effectum remotiorem non autem habet ordinem casualitatis proprie dicitur: & de tali potest concedi, quod instrumentum non habet actionem propriam respectu effectus, quia nec habet aliquam virtutem nec in esse quieto, nec in fieri & ideo simpliciter non est activum, & per consequens nec habet intentionem, ut convenit agenti. Patet ergo quomodo illa major debet intelligi de instrumentis: quia vel de isto, quod scilicet non est activum, sed receptivum effectus prioris: vel quarto modo de parte respectu totius operantis per partem: & minor est ipsa, & quantum ad quartum modum & etiam quantum: imo minuitur est causa secunda respectu ablationis, non tantum ut abluatur, sed ut sacramentalis: & ideo habent propriam intentionem cum sit agens sacramentalis, & non naturale, illa scilicet quæ pertinet ad cognoscendum: sed respectu principalis effectus baptismi, scilicet gratiæ potest dici instrumentum respectu Dei eo modo quo agens dispositivum dicitur instrumentum respectu periclitantis in secundo modo, & tale agens non habet intentionem respectu termini principalis agentis, sed respectu sui proprii termini, & ita concedo quod non est necesse baptizantem habere intentionem respectu ultimi finis baptismi: sed effectus baptismi. Ad secundum dico quod ab baptismum pertinent aliqua tanquam intrinseca, & aliqua ut extrinseca, & concedo quod nihil intrinsece pertinet ad ipsum, vel ad usum autem ejus nisi sensibile. Tamen, sicut causa efficiens requiritur necessario ad ipsum, tanquam causa extrinseca: ita illud quod est quasi principium agentis tali cause efficiæ: principium autem ultimam determinans agens intellectuale ad agendum, est intentio, quia tale agens per imperium voluntatis est causa activa motiva aliarum potentiarum, quæ subjacent imperio voluntatis. Quando ergo dicitur quod nihil pertinet ad Sacramentum nisi sit aliquid sacramenti, vel res ejus; verum est de eo quod est intrinsecum ipsius fundamenti, vel signari ipsius

ipsius Sacramenti: sed intentio neutro modo est intrinsecum, requiritur tamen ex parte agentis.

Ad primum principale dico quod non habes fidem de fine ultimo, non intendit ordinare ipsum per baptismum ad illum finem ultimum; credens tamen cum pale per baptismum ascribi sectæ Christianorum, sive credit sectam illam valere sive non, potest intendere ascribere istum illi sectæ. Vel generalius potest intendere facere per actum istum circa hunc, quod Christiani intendunt facere: circa tales. Exemplum, possem enim ego credens Indos per Circumcisionem distingui ab aliis, intendere hunc parvulum sectæ Judæorum ascribere, & facere circa eum quod Judæi faciunt circa suos circumcisos: etiam si non crederem Circumcisionem illam valere ad salutem: hoc etiam modo aliqua verba quibus utuntur magi, vel magæ incantantes, possent aliquis bonæ fidei proferre circa materiam illam, circa quam alii utuntur, intendens in generali facere illa ad illum finem, ad quem illi proferunt. Ad secundum dico, quod obiectus est qui est effectus ad ebrietatem, & ille non semper est ebrius, quia non semper impeditur ab actu rationis. Verum ergo dicit Augustinus. Non timeo ebriosum idest afluatum generaliter ad ebrietatem, quia illis consuetudo mala non prohibet, quin baptismus ad eos collatus sit bonus, non tamen quantum est ebrius: & hoc dico, perfectus, quando totaliter impeditur ratio; sed alias, quando est non impeditus, potens ratione uti.

Q U Æ S T I O V I.

Verum in baptizante requiratur intentio actualis.

AD Secundum sic proceditur & arguitur quod requiritur in baptizante intentio actualis, quia ab actu primo non procedit effectus nisi mediante actu secundo; intentio habet talem est sicut actus primus: ergo ab ea non procedit effectus sine intentione actuali, quæ tenet locum actus secundi. Oppositum, non minus sufficit in ministro intentio ad merendum, quam ad Sacramentum conferendum; sed ad meritum non requiritur intentio actualis: ergo nec hic. Major probatur, quia meritum non habet effectum, nisi ex proprio voluntatis conatu ejus qui meretur: Sacramentum autem habet effectum, non per motum voluntatis in aliquo, sed tanquam modo si non ponitur obex. Minor probatur, quia si requireretur semper actualis intentio ad merendum, distans in opere incepto quantumcumque potest, & quantumcumque perfectione non mereretur, quia non haberet intentionem actualem.

Distinguitur communiter de intentione actuali & habituali, quasi ista sufficienter intentionem dividant; sed videtur quod rationalitèr posset apponi tertium nomen: & potest dici intentio virtualis. Ille enim dicitur actualiter intendere quia habet actum elicivum respectu ejus quod intendit: ille autem dicitur habitualiter intendere, qui habet habitum inclinatum ipsam ad talem actum: & si aliquis velit minus perfecte intendens quam primo modo, & perfectius quam secundo modo:

modo: ergo est medium inter illa duo membra. Assumptum probatur, quia si aliquis intendit in principio Missæ celebrare Missam, si postea est distractus, non habet actualem intentionem, quando est distractus, patet, quia non intelligit tunc illud in actu; ergo nec vult illud in actu: nec habet tantum intentionem habituale[m], quia talem habet dormiens: habet ergo se in medio modo: & hanc ejus dispositionem dico intentionem virtuale[m], quia licet virtus alicujus intentionis prius habita actualiter, facit omnia quæ facit ex illi tantquam ex radice, ita quod illa intentio actualis fuit principium ordinatum ad omnes suos actus, & habet in se virtuale[m] intentionem propriam cuiuslibet effectum actuum, sicut intentio finis habet in se virtuale[m] intentionem propriam cuiuscunque ordinati ad finem, & pro tanto manente intentione: cuiuscunque ad finem ordinati, manet illa intentio actualis prima virtualiter in omnibus illis. Hoc modo intendens ire ad sanctum Iacobum, ex intentione hujus finis ordinat multa alia necessaria ad illum finem: exequens autem illa ordinata non semper cogitat de sancto Iacobo, nec de reverentia ejus; dico tamen quod semper meretur, quia vel habet intentionem eorum quæ sunt ad finem illum, cujus est illa prima intentio, vel habet actus aliquos sequentes ex illis intentionibus, licet cum illis actibus concurrant aliqui actus distractibiles sub intentione illa prima, scab intentionibus propriis eorum: qui sunt ad illum finem, sicut declaratum est in 2. *dist. 41. & in 3. dist. 15.* ubi dictum est, quod forte Martyres in actu suscipiendi martyrium non habuerunt intentionem, nisi illam virtuale[m], quia immensitas penarum absorbebat forte illum rationis; illa tamen perceptio consensus erat quidam effectus derivatus ex intentione ferendi fidem in e, & ideo dum durabat passio, durabat semper ista intentio virtualiter sicut in effectu.

Ad propositum dico, quod sola intentio habitualis non sufficit in baptisimo, quia propter illam non dicitur actus ejus, licet sit conformis illi habiti actus humanus. Nam si aliquis habet habitum inclinatum ad desiderium fanaticum, si curatur nullo modo intendens fanaticum, sed ad ludum; non dicitur consequi fanaticum per aliquem actum humanum, sed casualiter vel iorture, non magis quam si non habuisset intentionem ad fanaticum: ergo sola intentio habitualis non sufficit respectu finis actus humani, et humanus est.

Nec requiritur in baptizante semper intentio actualis, quia non obligavit Deus hominem ad impossibile, vel nimis difficile, cuiusmodi est non distrabi, quia secundum Augustinum 3. de libet. arb. *Non est in potestate nostra, quin visi tangamur*: nec etiam plus obligavit missilium in illo actu, quam in exequendo actus aliorum Sacramentorum: in conficiendo autem Eucharistiam, que est excellentissimum Sacramentum; non obligavit hominem ad non distrabi, quia tunc intendens celebrare, licet in proferendo verba sacramentalia distractus sit: vere tamen conficit. Ex his concludo quod sufficit in baptizante intentio virtualis, hoc est quod aliquando habuerit intentionem actualem, ex qua descendit nunc vere actus baptizandi, sive in illo actu

actu habeat intentionem actualem, vel aliquam ex ea descendentem, sive non. Intellego autem quod descendit iste actus abique omni motu voluntatis contrario interveniente. Sicut si induens se ad Missam intendens celebrare secundum usum Romanæ Ecclesiæ, & ex isto procedat continue forte secundum aliquem habitum desiderium in phantasia cum magna distractione, vere facit ea quæ necessaria sunt ad illum actum sacramentalem, qui est conficere. (a) Si quæratur, quomodo potest aliquis effectus, qui modo est, reduci in illam intentionem primam licet in causam, si nunc non est ista intentio, inque aliqua alia imperans istum actum? Dicitur quod est per quandam virtutem impressam virtuti motiva per voluntatem actualiter intendentem, & quando manet illa virtus impressa, illa virtus motiva movet: ut si aliquis intendet ire ad aliquem locum, & post in via cogitet de aliis, in illa actuali volitione sibi actualis impressio in potentiam motivam: & quando illa impressio manet, movet ad terminum volitum, & procedit homo. Paulatim autem minuitur illa impressio, & tandem desinit & cessat homo a motu: & tunc dicitur ab istis, quod homo non habet intentionem virtuale[m], nisi dum habet effectum impressam a voluntate actu volente in potentiam aliquam interiorem. Sed mirum videretur quomodo volentes possit esse virtus tactiva causans talem formam in ista potentia organica. Mirum est etiam, quod si appetitu sensitivo, sive phantasia, est aliqua dispositio secundum quam movet cessante actu voluntatis imperantis eis. Vel aliter ad propositum, quod sive voluntas actu intendens aliquid, relinquat in potentia inferioribus, sive non, ordinata tamen habet suas volitiones respectu finis, & eorum quæ sunt ad finem; & cum ad aliquem illarum pervenerit, & actum potentie inferioris correspondentis imperaverit, potest ille actus interior imperatus manere, licet intentio nec prima, nec secunda maneat: & cum manet ille actus voluntate quantumque distincta, dicitur manere intentio virtualis.

Ad argumentum concesso, quod aliquis actus requiritur ad hoc quod effectus sit, & ille actus potest dici quod producit effectus extrinsecus. Sed si quæras aliquem actum, secundum quem sit operatio immanens agenti, talem non oportet dare tunc manentem, quando effectus exterior elicitur: sicut manifestum est quod multi effectus actu cstantur, quando actualis motio causæ agentis per intell. cum a qua produciuntur, non manet. Et possit poni exemplum in naturalibus, quia projecto lapide in aqua primus circulus est causa secundi circuli, & sic deinceps, non tamen semper manet primus, quando circuli ceteri. Ita etiam universaliter in motu projectorum, prius cessat pars motui propinquo quam remota.

QUÆSTIO VII.

Virum baptizatus possit iterari?

Citea quantum principale quaero duo. Primo, de iteratione baptismi. Secundo de characterē propter quem ponitur interabilis Quantum ad primum arguo, quod baptismus possit iterari, quia Eucharistia potest iterari, & tamen est Sacramentum excellentissimum; ergo &c. Oppositum August. ad Maximinum, & ponitur in litera de consecrat. dist. 4. (a) *Rebaptizare hereticam, qui hoc sanctitatis signum percipit, omnino peccatum est, catholicum vero immansissimum scelus est.* Præterea, idem quæst. 15. ad Orosium. *Ideo Ecclesia eos non rebaptizat (loquitur de baptizatis ad hæreticos) quia in nomine Trinitatis sunt baptizati.*

Ad quaestionem, tenetur ab omnibus pro certo, quod non licet iterare baptismum, & etiam si iteretur de facto, quod non habet effectum, & hoc dicunt auctoritates Sanctorum; ponitur autem aliquæ rationes ad hoc. Una quidem est quia Christus semel est mortuus, & baptismus virtutem habet ex passione Christi, juxta illud Apostoli: *In morte ipsius baptizati sumus.* Sed hæc ratio non concludit, quia & penitentia virtutem habet a passione Christi; absolutio autem, vel prima gratia non datur inimico, nisi per meritum mediatoris, & tamen penitentia iteratur. Alia ratio ponitur, quia in baptismi imprimitur character, qui est indelibilis. Sed ille probat propositum manifestius per immensitatem; a principio enim ex quo baptismus fuit institutus, fuit immensitatem de eo, quod non licet eum iterari. Quod autem character imprimatur, non est notum ex prima eius institutione, nec ex tota Scriptura, neque etiam ex multis auctoritatibus Sanctorum sicut tangetur statim in quaestionibus de characterē. Et hoc videtur quia si iussit multum de hoc tractatum a Sanctis, Magister sententiarum mentionem fecisset de ipso. Non invenitur autem aliquod verbum dixisse de characterē secundum istam significationem, secundum quam utitur eo: in toto enim tractatu de baptismi non nominat characterem, nisi semel in i. e. illius *dist. in fine*, dicens: *Qui a hereticis baptizati sunt, servato characterē Christi rebaptizandi non sunt.* Ibi vocatur character Christi forma baptismi Christi, sicut satis apparet ex auctoritate Augustini. præmissa, ex qua Magister inter illud dicitur.

Deo ergo quod ratio interabilis baptismi est institutio divina, cuius non est aliqua causa prior nisi voluntas ejus: tamen isti institutio est rationabilis. Tum ex moro, contra quem principaliter instituitur (istud enim remedium principaliter instituitur contra originale

peccatum,

a. De conse. dist. 4. quaere Alex. de Aet. 4. part. sum. q. ult. de baptizati. Iso. in 4. dist. 6. ar. 2. q. 1. Dam. lib. 4. c. 1. Rom. 6.

peccatum, quod non est nisi unicum, nec iterari potest). Tum, ex fine principali ad quem est: habet enim plenam remissionem poenæ, & culpæ: si autem posset homo habere frequenter talem remissionem plenam ab utroque esset magnum incontinentium delinquendi. Illud enim quod est institutum in remedium rebaptizandi, utpote penitentia, non est sine magna poena solvenda pro peccato. Tum tertio, tum quia per istud Sacramentum, cum sit principium, & janua per quam intra per legem Christianam, ascribitur aliquis familiæ Christi, & intratur in legem Christianam, & Ecclesie militantis: licet autem aliqui ingessit in collegium, si ostendat postquam ingressus fuerit, posse reconciliari & collegio, & capiti collegii, non tamen insequenter in collegium intrat.

Ad argumentum dico, quod illa prolatio verborum quibus Eucharistia consecratur, non est Sacramentum, sed est consecrator sacramentalis, & illud non licet bis iterare super eandem materiam, & si secundo iteraretur, nihil fieret, quia jam prius factum est; illa etiam perceptio non est Sacramentum, ut patet inferius: licet ergo eadem persona possit frequenter communicare, sive recipere Eucharistiam, non tamen super eandem materiam frequenter potuit proferri verba consecrationis Eucharistia, nec sic Eucharistia debet iterari, quod proprie aliqua materia hujus Sacramenti bis suscipiatur locum ejus.

QUÆSTIO VIII.

Virum sit aliqua poena reiterantium baptismum?

Juxta hoc quaero que sit poena reiterantium baptismum? Respondeo, iterari potest baptismum, vel iterum coniterendo, vel iterum suscipiendo, & vive sic, vive sic, aut scilicet, aut ignorantur. Et quidem si ignoranter, de ignorantia potest distinguere, ignorantia juris, vel ignorantia facti: sed ad propositum non oportet quod ignorantia juris in facto illo, sive in suscipiente, sive in conferente excuset: aut enim potest intelligi ignorantia talis præcepti non excusat a peccato, & patet quod ignorantia talis præcepti non excusat a peccato, nec a poena infligenda a Deo pro peccato: & nec ista ignorantia excusat, quin poena illi incurratur. Quando enim super aliquo, quod est ex jure divino illicitum, additur poena canonica, ut illud amplius evitetur, non est necessarium ad hoc ut incurratur illa poena, aliqua scientia juris canonici; sed sufficit quod teneatur scire præceptum divinum; sed si illud transgrediat, incurrit poenam canoniam, etiam si nesciat a jure canonico poenam esse infligendam. Hoc enim modo percutiens clericum cum faciat contra præceptum divinum de charitate fratris, et si nesciat excommunicationem latam a canone super tali facto; tamen incurreret eam. Et occidens hominem, licet nesciat canonem punientem homicidam poena irregularitatis, tamen irregularis esset. Et eadem est ratio in omnibus istis, quia talis data operatio rei illicitæ; de qua re debet scire quod sit illicita: & si nesciat, nullo modo

modo debet illam exequi, quousque consulat peritos, per quos possit scire illam esse illicitam.

Si ergo non oportet distinguere in proposito, nisi de iteratione, scilicet iteratio, vel ignoranter, loquendo de scientia, vel ignorantia facti, hoc est ut si ignoretur illam fuisse baptizatum, & nunc iterum baptizari.

Dico tunc, quod si illo modo scienter est iteratio, tam suscipiens, quam conferens est irregularis, sicut habetur extra de apostatis, ex literarum. Sed differentia est si publice fiat, vel in occulto, quantum ad hoc, quod facilius dispensatur in una irregularitate, quam in alia; quia in una, ut privata, forte per Episcopum; in alia non, nisi per Papam: patet ibi: & intelligitur si sit iteratio absolute. Si enim propter aliquod dubium retinibile, non truitate utatur quis circa aliam formam hujus capituli, de quibus est dubium, non est irregularis. Si autem fiat ista iteratio ignoranter, dicitur quod suscipiens, licet ignoranter, est irregularis. Probatur per illud de consecrat. dist. 4. qui bis, ubi dicitur, *Qui bis ignoranter baptizati sunt, non indigent pro eo penitere, nisi quod secundum canones ordinari non possunt, nisi magna necessitas cogat*: Patet quod illud capitulum loquitur de ignorantia facti. Si enim esset de ignorantia juris, oporteret penitere. N. c. illud quod subditur, *nisi magna necessitas, tollit quoniam talis sit irregularis*; illud enim additur propter hoc, quod in tali necessitate dispensandum esset cum eo. Illo modo dicerent Canonistae.

Sed non videtur esse majoris ponderis secundum rationem, de baptizato, quam baptizante: quia secundo baptizatus, ignorans illum esse baptizatum prius, non est irregularis: non enim tenetur quicumque Sacerdos facere strictam inquisitionem, an vetula baptizaverit parvulum in domo. Nunc autem non magis videtur ille puniendus, qui secundo baptizatur, & ignoranter, quam qui secundo baptizatur in eo minus quia ille videtur querere salutem suam, ne sit in dubio. Neque etiam auctoritas hujus cap. *qui bis*, videtur satis certa. Nullus enim potest infligere irregularitatem toti Ecclesiae, nisi caput totius Ecclesiae; illud autem cap. sic intitulatur, accipitur ex praerogativa Theodori, qui fuit Episcopus Cantuariensis; ergo inane quum est hujus auctoritas nullum robur habet infligendi poenam irregularitatis: ergo oportet dicere, quod quodcumque capitulum incorporatum in corpore decretorum a Gratiano, confirmatum sit a Papa, vel multa capitula ibi posita non ligant totam Ecclesiam; unde autem possit doceri, quod omnia illa capitula ibi compilata Papa confirmat; non est manifestum; nec etiam eo modo quo est manifestum de omnibus capitulis positis in decretalibus. Ibi enim in proemio Gregor. IX. scribens Doctoribus in jure Canonico mandat, quod contenti sint in scholis, & in iudiciis hac compilatione. Et Bonifacius VIII. in proemio sexti libri, mandat quod de constitutionibus editis a tempore Gregor. IX. usque ad tempus suum ille sola habeant robur, quae ibi insertae sunt. Et si dicas, licet Theodorus non potuerit pondere jus

ta-

tamen innuit Papam condidisse, cum dicit secundum canones. Respondet, hoc debere glossator apponere, quia haec glossa est necessaria; sed nulla ponitur, ostendendo ubi sit canon super hoc editus, & hic sicut in multis locis apparet inutilis occupatio glossatorum in jure canonico, qui multipliciter concordantias, & auctoritates ad unum vocabulum, & postea in fine nihil ad propositum: & alibi ubi est verbum maximi ponderis, a quo dependet sententia totius capituli, transeunt sicco pede. Sic apparet de Bernardo in multis decretalibus, ubi ponitur illud verbum sub interminatione anathematis, v. gr. ubi de sagittariis disputans, an ista verba expriment sententiam istam, vel per eam fiat comminatio & mitti, & remitti. Posset ergo dici quantum occurrit quod ignorantia facti, dummodo non truitate, vel in causa, sed probabilis sit, totaliter excusat conferentem a pena illa & suscipientem: universaliter enim poena canonica non incurritur nisi a latore sententiae: ubi ergo non invenitur ex vi verborum inflicta, tunc simpliciter est dispensanda, quod nulla est: non enim verba constitutioem poenalem sunt amplianda, (a) sed restringenda, juxta illam maximam juris. Quantum ad ultimam principalem de charactero quaeritur. Primo utrum in baptismo imprimatur character? Secundo quid sit, utrum sit aliqua forma absoluta? Tertio in quo sit, an sit in esse animae, vel in potentia, & in qua potentia?

QUESTIO IX.

Utrum in baptismo imprimatur character.

AD primum arguitur quod non, quia Circumcisio non impressit characterem; ergo nec baptismus. Consequenter patet, quia Circumcisio successit baptismus in remedium contra eundem morbum; ergo utriusque competebat similis, vel idem effectus. Antecedens probatur, quia iste character Circumcisionis fuit eisdem rationis cum charactero baptismali, & tunc sequeretur quod circumcisus non fuisset baptizandus, quia duo accidentia ejusdem speciei vel rationis non possunt esse in eodem. Consequens est falsum sicut patet supra. *dist. 4. Praeterea*, fides distinguit fidelem ab infideli, & charitas filium in perditionis a filio regni, secundum Augustinum. *15. de Trinit. cap. 19.*, & ista fides nobilissima in anima, & tamen non imprimunt aliquem characterem distinctivum: ergo multo fortius, nec baptismus. Praeterea, character si imprimatur non est substantia, quia advenit post esse perfectum, nec est accidens per se vel necessario inherens; quia non causatur ex principiis subiecti; ergo esset accidens per accidens; sed omne tale est separabile, & contingenter, inest; ergo character est separabilis & debilis ab anima, cujus oppositum tenent omnes ponentes characterem in anima. Contra, Dionys. de Eccle-

sa-

fasticia Hierarch. c. 2. Præterea, Damasc. *l. 4. c. 1.* Præterea, Baptismus est Sacramentum iterabile ex præcedenti questione: ergo imprimere aliquem effectum indelebilem: quia si omnes ejus effectus possent deleri, ipsum posset iterari: sed nullum effectum indelebilem habet, nisi characterem: ergo &c.

Hic intelligendum est quod questio *an est*, nihil manifestum præsupponit, nisi quod dicitur per nossem, sicut patet ex *questione de definitione Sacramenti in communi dist. 1.* Primo ergo supponitur significatum hujus nominis characterem, secundum quod hic est questio de eo. Secundo inquiretur, de principali, an aliquid tale sit in anima per susceptionem baptismi.

De primo transferendo verbum ex verbo, character significat idem quod figura, & sic accipitur ad *Hebr.* ubi nos habemus, *figuras, substantias*, ponitur character in *Græco*. Et hoc modo dicitur characteres figuras, quibus literæ scribuntur: & hoc modo dicitur character in incantationibus & hujusmodi quasdam figuras protractas, & hoc modo accipitur in *Apo.* (a) character bestiarum, figura in fronte, vel manu, quæ significat ipsam pertinere ad familiam bestiarum. Generalius autem accipitur character pro signo, & hoc modo baptismus potest dici characterem, quia signum quoddam est: forma etiam verborum in Sacramento aliquo potest dici characterem, sicut Magister loquitur de characterem. *dist. ista*, ut dictum est quest. præcedenti. Sed his omnibus prætermittis de characterem ut loquitur in proposito, Theologi concipiunt communiter per characterem quod dam spirituale impressum a Deo suscipienti Sacramento non iterabile. Ex ista ratione nominis sequuntur aliquæ proprietates characteris, quarum duæ sunt communes sibi & cunctis (oræ scilicet: Quod est forma assimilativa alii habenti: & quod est forma distinctiva a non habente. Et alia specialis, quarum una est quod est signum rememorative Sacramenti suscepti; alia, quod est signum conormative Christo, cujus Sacramentum suscipitur, & etiam obligatorium ei, eo modo quo suscipiens Sacramentum obligatur per ejus susceptionem. Ex ista etiam ratione nominis patet quod character non est gratia, nec virtus aliqua infusa, puta fides, spes, charitas: quia tales virtutes non semper imprimuntur suscipienti Sacramento non iterabile, utpote hinc suscipienti Ordinem, vel Confirmationem: character autem semper imprimitur: hoc etiam patet ex quadam alia conditione, quam communiter loquentes attribunt characteri, scilicet quod est indelebilis: virtutes autem istæ sunt delebiles, ut patet de peccante mortaliter, in quo non remanent istæ virtutes.

Secundum principale est, an aliquid habens istam rationem nominis, & alias proprietates imprimatur in animam baptizati. Et dicitur quod non, & modus ponendi est iste: sicut enim in aliquibus consecratis, quæ in consecratione sua (b) non recipiunt sanctitatem for-

ma-

malem, nihil reale imprimitur, ita est in proposito, cum suscipiens Sacramentum non necessario recipiat sanctitatem formalem, nulla sibi forma realis necessario imprimitur. Similitudo probatur, quia alia sanctificata, quæ non recipiunt sanctitatem formalem, non distinguuntur ab homine, quantum ad istum actum, quando ex isto actu non recipiunt sanctitatem. Assumptum autem de illis alius patet, tum in ecclesie sanctificato, quia nullam formam realem recipit, tum in Ecclesia dedicata, vel aqua benedicta, & velibus Sacerdotibus, & hujusmodi. Ad istum conclusionem arguitur primo sic: Sicut sequendo rationem naturalem non sunt plura ponenda, quorum necessitas non apparet ex vocis secundum naturalem rationem, ita de creditis non sunt ponenda plura, quorum necessitas non apparet secundum fidem: sed necessitas talis forme impressæ non apparet etiam secundum eam quæ sunt credita de Baptismo, ergo &c. Minor probatur, quia nec Scriptura sacra istud sequitur evidenter ex veritate baptismi nec Sancti, explicitè: nec sequitur evidenter ex veritate baptismi credita, quia tota veritas baptismi consistit in Sacramento visibili & effectu invisibili: istum effectum invisibilem communiter ubi August. specificat, vocat gratiam.

Hic respondetur, quod Sancti factis tradunt de characterem secundum illum modum quo loquimur, (a) ut adductum est de Dionys. & Damasceno.

Sed illæ autoritates videntur tantum esse vocales, & non ad intentionem eorum. Sicut enim patet respiciendo translationem & expositionem Vercellens. c. 2. *Ecclesiastica hier. in 6. particula c. 2.* Sunt ista verba, quæ allegantur, ubi dicit secundum istam translationem: *Ita sursum actum divina beatitudo a sui ipsius participatione recipit, & de proprio lumine, sicut quodam signo ipsi tradidit divinum faciens, & communicatorem in Deo manentium:* & loquitur ibi, *sanctum signum a Hierarcha accedenti data significatio.* Ubi adducunt aliqui de alia translatione verba talia: *Adveniunt ad Baptismum donatus a summo sacerdote sacrum signaculum* Similiter illud de Damasc. *lib. 4. c. 1.* adducit sic: *Quod per Baptismum datur nobis regeneratio, & signum:* per signum intelligitur secundum eos characterem, ibidem *dist. 3. c. 2.* Dicit Dam. *Quemadmodum Israeli Circumcisio,* & sequitur post illud, *est signum.* Iste autoritates non adducuntur ad intentionem auctorum. De prima patet, quia sicut continet planum literæ, & Vercellensis exponit in illa parte *Extra cap. 2.* determinat de quodam præambulo ad baptismum qualiter valet secundum ritum Græcorum in primitiva Ecclesia. In primitiva enim Ecclesia Baptizandus primo inducebatur, cum Hierarcha manum ipsi imponens signabat eum & præcipiens Sacerdotibus, quod tam capitum, quam ejus susceptorum describant. Illud fiebat longe ante baptismationem, sicut apparet ex processu literæ ibi, quia de actu baptizandi determinatur. post *parte 17.* sub litera. Unde

& te-

a C. 13. 14. 16. & 19.

b Jurisla ex decretis 1. q. 1. capit. quidam dicunt.

a Tbo. in 4. dist. 1. q. 4. adducendo auctoritatem Dionysii

& textus ille Dionysii secundum translationem Vercellensis truncatè adducitur. Preambulo enim de proprio lumine scilicet fidei. *Sicut quorundam signo ipsi tradidit, & communicatorem in Deo manentium* &c. Da illis subdit: *Quorum est sanctum solum ab Hierarcha accedenti data signatio, & Sacerdotum solius oris descriptio*: quorum, inquam, reddè singula sequitur, scilicet illuminationis traditæ, sanctum signum; a Hierarcha data signatio, scilicet impositio manuum in capite, & quod fit communicator divinorum, signum est Sacerdotum salutatis descriptio, qui scilicet describunt eum & eius susceptorem tanquam in communem Christianorum receptum: ista autem impositio manuum & descriptio hec ab longe ante baptismum; ergo nullo modo ista hec dicta possunt intelligi de aliquo signo impresso in Baptismo. Auctoritas Damasceni; valde inpetè adducitur; quia pars unius orationis conjungitur cum parte alterius; prætermissa sententia conspicienda cum parte præcedente. Jacet enim in littera Damasceni sic: *Per Baptismum primitias spiritus assumimus*; & est ibi verus; & sequitur alius verus; *Et principium alterius vite sibi nobis regeneratio*; & tunc sequitur statim, *signum*; & *custodia*; & *illuminatio*; ergo nullo modo vult ipse dicere, quod per Baptismum sit nobis signum; sed quod per Baptismum sumimus primitias spiritus; in primo versu; & in alia clausula, quod regeneratio est principium vite & signum &c. ergo ex ista auctoritate non potest haberi nisi quod Baptismus sive regeneratio sit signum; non autem quod per Baptismum fiat in nobis signum: Alia autem auctoritas Damasceni valde, nam expressè ibi loquitur de cruce dicens: *Ista nobis signum est data in fronte*; & quæ modo dicitur *Israeli circumcisio*: per ipsam enim fidelis ab infidelibus distinguitur; & sequitur de eadem cruce: *Ista sanctum est arma*. & *tributum adversus diabolum* scilicet signum, ut non approximè nobis vultur: non plus dicere vult, nisi quod impressum est nobis signum contra inimicum; quod non est ad propositum. Hoc etiam eo firmatur, quia Augusti qui tantum tractavit ex intentione de Baptismo utpote in 6. l. de Baptismo contra Donatistas; & in uno volumine de unico Baptismo, & præter hæc multa super Joan. & aliqua in aliquibus cap. de fide ad Petrum; non tacuit de characterè, si ipse fuisset immediatus; & necessarius effectus Baptismi: Et si dicat non negat: Respondeo, sed propositum sufficit quod non affirmet; quia tante investigationis supponitur, quod si character fuisset proxima res Baptismi, alicubi expressisset; nunc autem in Baptismo non distinguit, nisi Sacramentum; hoc est aliquid visibile extra, & rem Sacramenti: scilicet gratiam; nec unquam scitum dicit recipere aliquam rem Sacramenti; sed tantum Sacramentum; nec unquam interitabilitatem Baptismi offendit ipse propter talem characterem impressum. Consimiliter etiam de consecrat. dist. 4. colliguntur auctoritates Sacerdotum de Baptismo, nec videt verisimile quod nullus eorum locutus fuisset de characterè, si fuisset effectus ita necessarius Baptismi: & quod videtur multam pondere habere, Magister

fenten-

sententiarum nusquam de characterè illo secundum istam intellectum locutus est, cum tamen ipse diligenter auctoritates Sacerdotum de materiis quas tractat compilaverit. Secundo principaliter arguitur sic; & redit in eandem virtutem; scilicet quod pluralitas non est ponderanda sine necessitate. (a) Et arguitur sic: Nihil frustra ponendum est in operibus Dei & nature; quia Deus & natura nihil frustra creavit; sed character secundum illum intellectum; si ponatur, incaute ponitur, ergo &c. Probatio minoris: Præmo comparando ad effectum principalem Baptismi; scilicet assimilare, distinguere &c. Quantum attribuitur characteri scilicet ad dispositionem ad gratiam; aut ergo ad primum arguitur sic: Si requiritur ut dispositio ad gratiam; aut ergo ex parte agentis; aut ex parte recipientis. Non ex parte recipientis, quia anima non habens actuale peccatum, quia agens est infinitæ virtutis, ut dicitur, quod requiritur ut dispositio permanens ad effectum inducendum, quandoque posterius tempore; qui non statim inducitur, utpote ad hoc, quod factus baptizatus postea recipiat effectum baptismi: Contra hoc arguitur ut prius. Aut enim pro illo posteriori quando recipit effectum ultimum baptismi; character requiritur ut dispositio ex parte susceptivi; aut ex parte agentis; & stat ratio ut prius. Arguitur ad hoc etiam specialiter, quia sine tali signo posset Deus asserere baptismum, vel baptizato ad causandum effectum baptismi recedente fitione; sicut assidisset in iplo baptismo si prius non fuisset factus.

Et confirmatur, quia effectus baptismi non datur illi qui ponitur habere characterem, nisi vere penitet: sed per veram penitentiam sine tali forma characteris gratia daretur. Quantum autem ad alios effectus qui attribuantur characteri; probatur propositum. Quia si sine forma inherente posset baptizatus assimilari baptizato, & distinguatur ab alio non professo, non per aliquam formam sibi inherentem post professionem; sed quia talem actum habuit in præterito. Eodem modo de tertio effectu scilicet quod ponitur signum configurativum Christo, sive obligativum, potest enim aliquis esse obligatus alicui, & ita configuratus sibi, quantum ad obligationem configurandi sine omni forma inherente; sed ille qui licet homagium alicui domino, post homagium obligatur sibi ad fidelitatem servandam, & ita ad quandam configurationem, & professus ex professione tenetur conformari; sive configurari Prælo suo; & tamen nec faciens homagium, nec profens recipit aliquam formam absolutam, quæ sit signum configurandi. De quarto effectu scilicet quod ponitur signum rememorativum ipsius Sacramenti, arguitur sic: quia aut respectu Sacramenti ponitur tale signum rememorativum propter excellentiam Sacra-

Sacramenti in se: aut propter aliquam habitudinem ad alios, qui ex signo cognoscant signatum. Non primo modo, quia excellentiora sunt fides, & caritas, quam suscipiuntur: & tamen illa non habent aliquid signum rememorativum postquam incurrunt. Nec secundo modo, quia aut in comparatione ad Deum, vel ad proximum. Non ad Deum, quia Deus sine omni signo inexistentem cognoscere istum suscipisse Sacramentum & fuisse baptizatum. Non ad proximum, quia vel ad beatum in gloria, ad majorem gloriam habentis tale signum: vel damnatum in inferno ad majorem confusio- nem, non habentis tale signum. Neutrum est dare, quia major gloria est beato habuisse actum caritatis, quam suscipisse baptismum, & major confusio est damnato occidisse a caritate, quam a suscipio- ne baptismi, & tamen caritatis, seu actus meritorii nullum ponit signum rememorativum in beato, nec in damnato. Specialiter autem arguitur de beatiudine, quia si signum istud esset in habente ad pecciale excellentiam in gloria, sequeretur quod solus Sacerdos inter omnes Christianos posset habere talem excellentiam in gloria, quia solus Sacerdos habet omnes characteres. Sequeretur etiam, quod Christus careret ista excellentia gloriæ, quia ipse non fuit baptizatus baptismo Christi: baptismus autem Joannis non impretit characterem, nec fuit Sacerdos sacerdotio, ut conteritur in ordine sacerdotali: quia non fuit ab aliquo ordinatus: pari ratione nec confirmatus confirma- tionis sacramentali. Sequitur etiam, quod sancti Patres, & beata Virgo, quia non habuerunt istud signum, non habent illam excel- lentiam in gloria. Præterea tertio arguitur ex parte hujus doni in se, quia non videtur probabile, quod alicui qui non tantum est in pecca- to mortali, sed in illo actus peccat mortaliter, Deus conferat donum suum, & hujus probatio est; quia *Dei perfecta sunt opera*. Deuter. 2. Ideo nullum curat, quem non perfecte curat: impius enim est a Deo imperfectam sperare veniam: nullum ergo donum suum dat alicui actualiter, tunc peccanti mortaliter: sed situs in suscipien- do baptismum peccat mortaliter, quia facit irretentivum Sacramen- to: ergo Deus ex virtute hujus actus, in quo peccat mortaliter non dat sibi aliquid donum speciale. Item, omne donum Dei datum homini, aut est gratum faciens, vel gratis datum, sic intelligendo hoc, quod est gratum faciens: vel actualiter, vel dispositive, quod brevius dici potest, quod Deus nullum donum dat alicui, nisi vel propter bonum ejus, vel propter bonum Ecclesie. Illud quod ponit character non est donum gratis datum, sive propter bonum Eccle- sie, & cujusmodi donum est linguarum, & illa de quibus loquitur Apo- stolus 2. ad Cor. 9. Quia istud nulli valet, nisi tantum habent. Patet etiam quod nullus est effectus istius Ecclesie sequitur: sed nec do- num gratum faciens, quia per istud donum persona non constituitur in aliquo gradu acceptationis respectu Dei: nec etiam tale donum confer- tur sine gratia, & caritate, quia Deus perfecte sanat. Ultimo arguitur ex isto modo ostendi, quod ponitur characteris, quia ponitur indelebilis, & hoc sic: nulla forma inest animæ, quam non possit

Deus

Deus delere: quia minus est delere, quam creare, vel saltem non includit contradictionem, formam creatam in anima delere: animæ ergo si character sit indelebilis, nulla talis est forma in anima baptiza- ti. Secundum istam opinionem patet responso ad duas auctoritates adduc- tas ad aliam partem questionis, quia male adducuntur, & omnino non secundum intentionem auctorum, sicut patet in prima ratione istius opinionis. Ad rationem pro illa parte de indelebiliter, Respon- deo quod non est Sacramentum interabile, propter hoc quod impri- mitur effectum indelebilem, sed ex ordinatione divina, sicut dictum est in præcedenti questione. Ita etiam ratio potest dici ad oppositum: Magis enim est Sacramentum interabile, si nullam formam apponimus quia quantumcumque imprimitur illam, deletur: possit si autem solum ponitur interabile, quia transit in præteritum, tunc salvatur simpli- citer ratio indelebilis: quia Deus de potentia absoluta non possit la- cere præteritum, non præteritum, Nam si fugias ad iocum impres- sam: cum quolibet sit delebilis, non habetur simpliciter interabili- tas. Sed si dicatur adum præteritum esse virtutum, cum ille actus præ- teritus non possit deleri, id est non fuisse, sequitur, quod ista sit ra- tio simpliciter interabilitatis.

Ad questionem potest dici aliter, quod licet characterem ineffe- animæ non possit probari per rationem naturalem neque in universalis, quod scilicet necesse sit dare talem formam in esse animæ propter quod, nec etiam propter finem. Neque in particulari, ut per experi- entiam alicujus actus, seu per condiciones actus manifestantes talem formam inesse ipsi agenti percipienti actum suum, sicut nec probari potest de gratia, vel caritate, de quo dictum est in 3. lib. licet etiam est (a) creditis manifeste, sive que fuit explicitè de substantia fidei, sive que continetur in Scriptura, sive que fuit manifeste per Sanctos sunt elicita ex creditis, non possit probari, quia non apparet neces- saria habituudo ejus ad talia credita: tamen poni potest, quia non repugnat ipsi animæ talem formam habere, qualis describitur character nec per consequens repugnat Deo posse animæ talem formam impre- mere. Sed ne omnino frustra, & sine necessitate ponatur, oportet aliquam auctoritatem habere, quæ iuvantur, quæ possit eam, & tunc facile erit solvere quæ obijciuntur. Inter auctoritates autem Sancto- rum secundum istam significationem characteris, de qua loquimur, non videntur multe auctoritates expressæ: tamen aliquæ allegantur non concludentes ex Aug. de Baptismo contra Donatistas lib. 6. *Sacris eluxit ovem, quæ fors characterem dominicum acceptat, ve- niente non falsum ab errore corrigi: characterem tamen in ea dominicum agnosces, quem quidem characterem multi lupi lupi in- sistent, qui istum videntur.* Ibidem etiam lib. 1. de cons. dist. 4. ostenditur: *Sicut baptizatus, si ab unitate recesserit, Sacramentum Baptismi non avertit, sic ordinatus est recesserit, Sacramentum dandi Baptismus non amittit, & nulli enim injuria scienda est.* In

Tom. IV.

K

Illa

ista auctoritate pluries nominat characterem, sed apparet, quod nihil ad propositum secundum significationem characteris, de qua loquimur, quia dicit quod lupi lupis infigunt characterem, quod magis salvatur de Sacramento Baptismi, quam de aliquo effectu in anima. Unde ubique in illa auctoritate potest character bene ad intentionem ejus accipi pro baptismo, non effectu baptisii, sicut dicitur et prius Magistru[m] accipere characterem in illa definitione, pro forma baptisii. Breviter, sicut habetur *Extra de heretic ad abolendam*, Sententiandum est de Sacramentis Ecclesie & sic sentit Romana Ecclesia, Romana autem Ecclesia videtur sentire (a) characterem impartiri in anima in baptismo sicut dicit Innocentius Tertius *Extra de bapt. & ejus effectu*, majores: *Qui sicut accedit ad Baptismum, characterem suscipit christianitatis impressum*. Et ibidem in *fin Tunc characterem sacramentalis imprimi operatio, cum obicem voluntatis contraria non invenit obfistemem*. Esti prima auctoritas potest exponi vocando characterem Christianitatis ipsum baptismum: tamen secunda, quae dicit, quod sacramentalis operatio imprimit characterem, videtur expresse loqui de characterem, tanquam de aliquo impresso ipsi anima, sicut loquimur in proposito. Propter ergo solam auctoritatem Ecclesie, quantum occurrit ad presens, est ponendum characterem impartiri. Ad hoc autem poni possunt tres congruentiae. Prima talis: Congruum est ad formam perfectam poni aliquam dispositionem; gratia autem forma est supernaturalis: & perfecta; ergo congruit ad eam esse aliquam dispositionem praequam supernaturali: talis est character. Secunda congruentia, quia congruit Deum non instituisse Sacramenta vana saltem pro nova lege, quae perfecta est; ergo congruit quod Sacramentum sua a nullo recipiantur vere, quia aliquem effectum habeant; sed non semper habent gratiam sicut in sacro, ergo aliquem alium. Tertia congruentia est, quia congruit receiptum in familiam Christi distinguere a non recepto per aliquod intrinsecum sibi, quia sicut Christus potest distinguere sine tali intrinseco, tamen perfectior est distinctio ejus, & in se & in comparatione ad omnem Ecclesiam, militantem scilicet & triumphantem, si fiat per aliquam formam intrinsecam manentem quam in non sic fiat; tale autem distinctivum ejus qui suscipit Sacramentum, quo intratur in familiam Christi ab eo, qui non suscipit, & immanet in suscepto, ponitur character: istarum congruentiarum tertia est magis rationalis; quia est etiam specialis de baptismo, duae aliae tamen habent probabilitatem, quod si ponetur character, tali modo potest, qualem illi congruentiae tangunt: puta secundum primam ponitur dispositio ad gratiam: rationale est enim, quod quando ab eodem agente causantur in eodem subjecto duae formae ordinatae, hoc est, non ex aequo quantum ad causationem, nec aequa perfecta, quod sit una dispositio ad aliam, & hoc non perfectior ad imperfectiorem, sed e converso. A Deo autem in baptismo causantur

cha-

character & gratia, & utroque modo non ex aequo: et eo cum Character sit imperfectior, congruum est ipsum esse dispositivum ad gratiam, quae est perfectior. Sed tamen ista congruentia non probat, quod oportet taliam formam ponere, quae sit dispositio; alioquin cum in quolibet Sacramento contereretur gratiam quolibet requireretur dispositio praevia: applicando tamen rationem illam specialiter ad baptismum. Habet majorem evidentiam, quia primum Sacramentum contereretur gratiam, est baptismus: & per consequens in ipso magis debet conteri dispositio ad gratiam, quam in aliquo alio: quia dispositio naturaliter praecedit iorum: ad quam est: & ideo non similiter oportet, quod imprimatur in aliis posterioribus Sacramentis. Sed secunda est nimis universalis, quia aequo concludit de quolibet Sacramento; quia quodlibet institutum est sic; quod non sit vatum: ponere autem in aliis Sacramentis quendam operatum correspondentem characteri, omnino superfluum est, sicut tacitum est supra *distinct. 1.* Est potest formari ratio ad oppositum de aliis Sacramentis; quia ista ratio non concludit. Si enim aliquis aequo situs potest recipere aliquod Sacramentum, sicut scius recipit Baptismum, quod apparet probabile, quia non videtur major necessitas determinare dispositionem ad hoc, quod absolute recipiat Sacramentum penitentiae, quam ad hoc quod absolute recipiat Sacramentum Baptismi: & recipiens Sacramentum Penitentiae nullum omnino effectum invisibilem recipit, ergo non necesse est propter veritatem Sacramenti quod baptizatus recipiat aliquem effectum invisibilem. Sic ergo breviter teneatur conclusio propter auctoritatem Ecclesie prius adductam, & duae congruentiae, una de susceptione in familiam Christi, & alia de dispositione conferenda formam probabiles. Ad argumenta alterius opinionis. Ad illud quod tangitur primo in modo ponendi, dico quod alia consecrata non recipiunt formam inherentem eis, quia non sunt capacia: homo autem capax est gratiae: & dispositionis ejusdem ad gratiam, & ideo quando propter impedimentum funum non recipit gratiam, recipit tamen istam dispositionem, & ista est character. Et si obijciatur in eo, quod homo non recipit sanctitatem formaliter, non distinguitur ab aliis sanctificatis, quae non possunt recipere sanctitatem formaliter, ejusmodi sunt ista consecrata, calix, & hujusmodi. Respondeo, quod homo in ista negatione scilicet non recipere sanctitatem formaliter, non distinguitur ab illis, sed distinguitur in hoc quod est capax non solum sanctitatis formaliter, sed dispositionis ad eam: ista autem non; & si non recipiat illud ultimum propter impedimentum ex parte ejus, tamen recipit dispositionem praequam. Ad istam rationem primam de necessitate ponendi praequam. Respondeo, quod etsi non possit istud evidenter necessario probari ex creditis; tamen ponendi necessitas est haec quia Ecclesia ponit & congruentiae sunt quales prius adductae sunt. Nec valet argumentum negativum, quod sic Diosyrii, nec Damasci, ergo nullus, sufficit enim auctoritas Ecclesie, quia Augustini, de moribus marcionis: *Evangelium non crederem nisi crederem Ecclesiam*, Ad

Ka

aliam

aliam rationem quæ procedit ex medio eodem, scilicet quod nihil pendendum est trahitur. Respondet, quod licet de potentia absoluta possit Deus causare gratiam; quæ est principalis effectus Baptismi, & etiam illos alios effectus prædictos assignatos characteri, scilicet assimilare &c. sine tali forma absoluta, quæ ponitur characteri, tamen de potentia ordinata tenetur, quod causat illos effectus, mediante ista forma, & congrue propter rationes prædictas. Et tunc ad rationem, cum dicitur, aut est dispositio ex parte passivi, vel agentis. Respondet: non agentis, quasi sit quoddam agens medium inter primum agens, & passivum: non enim pono characterem habere aliquam virtutem activam respectu gratiæ causandæ, sed Deum assistere illi, tanquam signo invisibili ad causandum gratiam, quod signat, recedente impedimento, sive obice inharrente. Est ergo dispositio ex parte susceptivi, quia est forma prior, sine qua non recipitur forma posterior, non quidem quasi sit ratio susceptivi respectu posterioris, sed quod prius insit, quam posterior, non simpliciter necessario, sed necessario comparando ad potentiam ordinariam agentis causantis utramque formam. Et cum dicitur ultra, quod possit effectus baptismi haberi per veram penitentiã, dico quod de potentia ordinata non potest secundum istam opinionem haberi perfectio innocentia sine tali forma intrinseca, cui Deus assimilatur talem innocentiam causandam. Ad illa quæ obijciuntur de aliis effectibus, pura de distinctione, & assimilatione, patet quod est absolute distinctio, & assimilatio possent esse per actum transeuntem in præteritum: tamen perfectio, & magis congrue sunt per aliquam formam derelictam post actum transeuntem. Committitur ad illud de obligatione, seu configuratione, quia si homo recipiens horumque alterius, seu configurationem, quia alium ad professionem, possit aliquam formam recipere aliquo modo, magis hoc faceret, quam quod absolute per actum præteritum sibi esset obligatus: Deus autem potest talem formam configurantem hoc est offendentem obligationem imprimere in anima. Quod etiam additur de signo rememotivo. Dico, quod rememotivum est non tantum propter illos, respectu quorum habet rationem signi ducens in rationem signati, sicut arguitur dividendo; sed habet rationem signi rememotivi propter ipsum, qui suscipit, & tamen si ponatur propter alios, non tantum esset quoddam in se rememotivum Sacramenti, sed etiam esset signum ductivum in illud: sicut signum dicitur, quod facit aliud in cognitionem venire. Potest etiam concedi, quod in comparatione est ad Deum & proximos, sive in beatitudine ad gloriam, sive in damnatione ad contumtionem. Et quod obijciunt, quod Deus possit cognoscere ovem suam sine signo, non obstat, quia etiam potest eam nosse cum signo: Beati etiam, & damnati possunt istam nosse signatam, quam non noverant non signatam, quia in beatitudine ad maiorem gloriam, & in damnatione ad maiorem contumtionem. Et cum obijciunt de fide & charitate, sive de meritis, dicitur in responsione ad secundum argumentum principale, sed illa quæ obijciuntur ibi de Christo, &

mare ejus, quod character non est heato ad gloriam, solvi possunt, quia sicut in natura creata sunt aliquæ perfectiones, non simpliciter, sed in tali natura, quia sunt perfectiones suppletæ imperfectionem: ita potest dici de isto, quod est perfectio supplet imperfectionem, & ideo non competit omnino perfectio, neque etiam competit illi personæ, in qua est aliqua perfectio major, supplet imperfectionem, quam sit illa. Ad tertiam rationem pro opinione potest dici, quod Deus peccanti mortaliter in ipso actu, qui peccat mortaliter, confert aliquod donum suum; quia non vult Sacramentum suum, quod vere ab eo suscipitur, esse vanum, & ita vult ibi aliquem effectum causare, non autem ultimum, quia indispotus est. Et cum probas quod perfectio eurat, concedo quando curat: sed tunc non curat, immo tantum disponit istum, sive preparat ad curationem: & concedo, quod perfectio preparat: & istud est rationabile, quia licet in actionibus beneplaciti circa personas privatæ, non conferat dona sua pertinentia ad salutem illius persone, nisi perfectio sanando istam personam: in actibus tamen universalibus concomitantibus remedia sua universalia, cujusmodi sunt Sacramenta, rationabile est, ut aliquos effectus universales ordinare causare: cum talibus remediis non autem ultimis, quia non omnes recipientes illa remedia sunt ad hoc idonei. Per hoc apparet ad quartum. Concedo enim, quod est donum pertingens ad bonum suscipientis, non autem Ecclesiæ. Et cum dicit, tale non potest conferri sine alio dno perniciosis talem personam, potest concedi in actionibus specialibus circa personas speciales, & modo speciales, sed non de actionibus generalibus concomitantibus remedia generalia constituta pro toto genere humano. Illas enim regulariter causat cum ipsis remediis, ne sint vana.

Ad quantum, licet multipliciter dicitur de indelebilitate characteris nec fit multum utile recitare, breviter dico, quod nulla forma potest esse in anima alia ab anima, quam non possit Deus de potentia absoluta delere, sicut posterus a priori, quia in hoc nulla potest inveniri contradictio: sed character si ponatur hoc modo est indelebilis, nec potest deleri hoc modo, quia nec virtute alicujus creature. Patet quia est forma supernaturalis, nec potest virtute divina deleri de potentia ejus ordinata, quia ordinatur illam formam supernaturalem delere, nisi propter aliquod demeritum in actibus animæ: respectu autem characteris delendi nulla potest esse causa demeritoria: cum enim imminerit in actu peccandi mortaliter, nihil potest demereri ipsum tolli. Hinc nota contra D. Thom. (a) quod non sit ponere virtutem aliquam supernaturalem in Sacramento, quia illa nunquam potest corrumpi eodem modo quo characterem indelebilem ponit.

Ad rationes principales. (b) Ad primam concedit idem Thom. quod Circumcisio non implet characterem, & tunc contra eum est argumentum in q. 1. de efficacia Sacramenti respectu gratiæ: ponit enim, quod non habet efficaciam respectu gratiæ, nisi quia est instrumentum

respectu cuiusdam dispositionis ad gratiam. Dico ergo quod concedi potest de Circumcisione, quod ibi imprimatur character aliquis; sicut in baptismo. Ita enim erat prima iuxta salutis in lege Moisaica; sicut baptismus in nova. Et cum arguitur, quod tunc circumcilius non esset baptizandus, nego consequentiam. Ad probationem potest concedi, quod character ille esset ejusdem rationis cum characteris baptismatis, vel alterius. Quod si ejusdem, vel non imprimatur character per baptismum susceptum a circumcilio, sicut in subiectum habens aliquam formam, non imprimetur iterum talis forma etiam a ceteris, quae alias nata esset imprimere talem formam; & hoc ideo quia subiectum non est in potentia, sed jam in actu secundum illam. Vel si imprimetur in baptizato aliis ejusdem rationis, nihil inconueniens, saltem si character ponatur relatio, ut dictum est de relationibus *distinct. 8. l. 3.* Vel possit dici illum characterem circumcilionis differre ab illo baptismi, sicut imperitum a perfecto, quem admodum gratia hujus differret a gratia illius, & tunc in susceptione baptismi prius circumcilio non imprimetur novus character, sed primus persisteret. Ad secundum dico, quod non omnis perfectio in anima habet t. l. signum rememorativum perpetuum: sed illa potest quam constituitur habens eam in aliquo determinato gradu in Ecclesia; hujusmodi non sunt virtutes, quia sunt communes omnibus membris in quocunque gradu: sed Sacramenta & Ordinis, prout dicitur in sequenti quaestione. Ad tertium patet ex solutione quae rationis pro opinione procedente; non enim est character indelebilis, nisi comparando ad potentiam creaturam, & ad divinam potentiam ordinatam.

QUAESTIO X.

Virum character sit aliqua forma absoluta?

AD secundum sic proceditur. Et arguitur, quod character sit forma absoluta. Quia secundum Philo. 2. *lib. 11.* tria sunt in anima, potentia, passio, & habitus. Character non est potentia: patet, quia non est naturaliter in ipsa anima. Nec est passio, quia est forma permanentis. Nec habitus, quia habitus est secundum quem habent bene, vel male potest operari: character non est principium alicujus operationis bonae, vel male. Non bonae, quia potest stare cum peccato mortali. Non male, patet, quia est donum Dei, & effectus Sacramenti; ergo si illa divisio Philosophi sufficienter evayet formam absolutam in anima, sequitur propositum.

Item, si esset forma absoluta non potest poni, nisi de genere qualitatibus, patet discutendo per alia genera: non est substantia, quia advenit post esse completum substantiae: non enim est quantitas, patet, quia forma spiritalis, & incorporea; & sic discutendo de aliis, qualitas autem poni non potest. Probatur discutendo per species qualitatibus. Praeterea, forma absoluta habet aliquam operationem propriam;

primam: character autem non habet aliquam operationem propriam; ergo &c.

Praeterea, forma absoluta accidentalis quaecunque est deiebilis ab illo in quo est: quia ab eodem potest deleri de subiecto, a quo imprimitur in subiectum; sicut in Deo: quia ex quo est posterius suo subiecto, non est contradictio quod non insit; character simpliciter est indelebilis: ergo &c. Oppositum, character est dispositio ad gratiam; gratia autem est forma absoluta; ergo & ista forma, quae est dispositio ad eam, erit absoluta. Nam dispositio propria videtur esse ejusdem generis cum forma, ad quam disponit.

Praeterea, character est principium assimilandi baptizatum Christo, vel alteri baptizato: Similium autem est unitas fundata in qualitate ergo character est qualitas.

Hic dicitur, (a) quod character est forma absoluta: ad quod adducuntur quatuor rationes. Prima talis est: Mutatio non est, nisi ad formam absolutam, ex. *1. p. 7.* Ad characterem est mutatio: patet in sicco baptizato, qui nihil novum accipit in baptismo, nisi characterem. Secundo sic: Relatio non est fundamentum relationis, quia tunc esset processus in infinitum: sed character est fundamentum multarum relationum: est enim fundamentum similitudinis ut est argutum; & etiam fundamentum illius relationis, quam importat signum, quia character est signum rememorativum respectu Sacramenti suscepti. Est etiam fundamentum configurationis, sive obligationis ad Christum.

Tertio sic: Relatio non est potentia aliqua, neque activa, neque passiva, quia neque principium agendi, neque patientis; character autem est potentia aliqua, ut patet character baptismi est potentia passiva, per quam homo fit capax aliorum Sacramentorum: Character autem ordinis est potentia quaedam activa ad multos actus sacros in Ecclesia: ergo &c. Quarto sic, in quolibet Sacramento cuiatur aliqua relatio ad actionem, vel passionem in anima suscipientis Sacramentum, & tamen non in quolibet imprimitur character; ergo character non est talis relatio: ergo aliqua forma absoluta.

Contra istud & primo contra opinantem ex dictis ejus, quia contradicit sibi: ipse enim dicit hanc esse definitionem characteris. Character est signum communionis fidei, & sanctae ordinationis datum a Hierarca, vel quod est signum communionis divinatorum, & sacrae ordinationis fidelium. Quomodo concipiatur sic, vel sic definitur, dicit quod signum ponitur in definitione characteris ut genus. Ex hoc arguitur, quod character non potest esse forma absoluta, quia ad quidditatem formae absolutae non pertinet essentialiter aliquis respectus, quia tunc illa quidditas esset ad se, & non esset ad se: nec etiam potest dici quod relatio ponatur ibi tanquam genus, & non ut vere genus, quia hoc modo in definitione accidentis ponitur subiectum; patet.

K 4